

JULIUS PAPA SECUNDUS.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, per venerabilem fratrem A. episcopum tyburtinum et per plures litteras, declaravimus nobilitati tuæ, nostræ fixæ voluntatis et mentis esse repetere et recuperare civitates nostras Faventinam et Ariminensem earumque arces omniaque alia loca et oppida, quæ tua nobilitas ab obitu fel. recor. Alexandri VI nostri prædecessoris occupavit, et hoc idem semper dixerimus oratori apud nos tuo: mirari satis non possumus, quod adhuc nullum liquidum responsum nobis sit datum; sed, ut ab eodem episcopo oratore nostro acceperimus, iterum res ad Senatum tuum rogatorum delata sit: cum tua nobilitas et inclytus iste Senatus pro singulari sua sapientia perspicere possit, non licere vobis res Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum tanta Dei iniuria et offensa diutius occupata tenere: nos etiam, pro pastoralis officij ministerio, non posse omittere omnia remedia, quæ pro recuperatione huiusmodi sunt necessaria. In hoc recuperandi proposito, ab initio constantissimi fuimus, sumus et erimus semper, et si orator ipse tuus, vel alius quispam secum fortasse scripsit, aut spem desuper aliquius compositionis dederit, aliena a vero scripsit; non debemus enim tantam Dei offensam et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac existimationis nostræ iacturam dissimulare aut negligere. Semper te et istam inclytam rempublicam tuam unice dileximus, et plurimi fecimus, sperantes quod defensores iurium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, non usurpatores, nostro præsertim pontificatu, esse deberetis. Quare, cum a proposito dictas civitates et arces recuperandi nullus terror, nulla pectio, nulla conditio dimovere nos possit, cum Deus et Salvator noster Iesus Christus, qui Ecclesiam suam nobis regendam commisit, hoc a nobis exoptulet et pastorale officium exigat; cum omnes qui secus scribunt aut sentiunt a veritate aberrant, nobilitatem tuam rursus paterne hortamur, monemus, requirimusque in Domino, ut quod jure facere debes, sponte et cito facere velis; quo, restitutis nobis integre urbibus, civitatibus, arcibus et locis prædictis, nostram et huius Sanctæ Apostolicæ Sedis, cuius semper observantissimus fuisti, benignitatem perfrui possis.

Data Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo piscatoris, die 10 Ianuarii 1503, pont. nostri anno primo.

SIGISMUNDUS.

Dilecto filio nobili viro Leonardo Lauredano, duci Venetiarum.

Receptæ die 20 Ianuarii.

352

Vene l' orator yspano, dimandando si nulla era di Franza. Li fo ditto dil zonzer dil cardinal Roan a di 8, e non altro. Parlò poi per cosse particular di uno spagnol.

Da Lion, di l' orator, di 9. Come per Zuan Gobo riceveti 4 lettere nostre, di ultimo et primo, con la lettera di sier Hironimo Donado di tratamenti fati con Roan. Diman sarà il quartodicesimo di la ponta; spera varir, come dicono li medici, et exequirà. *Item*, eri zonse li el cardinal Roan. Li andò contra assa', e lui mandò il suo secretario con parte di la fameja; qual sapeva la soa egritudine e disse: « Dite a l' ambador atendi a varir, che poi faremo bona ciera (*chère?*) ». *Item*, di la pace con Spagna, ne par difficoltà, et non sarà sì presto; e si aspeta fin 3 di domino Philiberto e altri oratori dil re di romani. Et domino Galeazo di Sanseverino vene con Roan; qual è restato *solum* con do famegli. Li fo promesso darli 50 lanze et provisione; ma ancora nulla à 'uto.

Dil ditto, di 11, in zifra. Come è tre zorni zonse un araldo stato in Spagna per aver le trieve *etiam* per le cosse di reame, ma non hanno potuto otenir. El cardinal Roan è stato con li oratori yspani e consieri regj e con re Fedrico su questi tratamenti de pace. Si tien' si concluderà, e francesi consentiranno a quanto vorano yspani. *Item*, fiorentini e altri francesi e altri non restano dir al re la Signoria nostra si fa grande; et Roan, referendo le cosse di reame, disse il ducha di Ferara averlo ajutato, e che 'l re non à mior amico di lui in Italia; et di novo è stà tolto in protetione da soa maestà con strettissimi capitoli. *Item*, la mojer dil duca Valentino è venuta a la corte, a pregar il re per la liberatione dil marito; li prometono far. *Item*, vene lettere di Roma et niun le ebbe le sue, e si dice il re fo di mala voja; si tien non habi bone nove di quelle cosse. *Item*, che vene uno secretario dil re con lettere di domino Acursio a lezer a Roan, el qual disse: « Vedemo quel scrive sto mato, el qual à ditto mal a la Signoria e mi ha messo in sospeto; et bisogna mandar a Venecia, perchè sono savj e meteno mente come si parla etc. ». El qual Roan, è pur venuto pien, come à inteso, contra la Signoria nostra. *Item*, esso orator sta meglio. Li medici sperano fin 8 zorni potrà ùssir di caxa e andar dal re; et desidera questo sopra tutto, per poter exequir le lettere scritoli, et di tutto darà aviso. È da saper in la lettera di 9 ringra-

353